ALBERICI GENTILIS IVRISCONSVLTI PROFESSORIS REGII,

De Latinitate veteris Bibliorum versionis male accusata,

Disputatio.

AD ROBERTVM FILIVM.



HANOVIÆ
Apud Guilielmum Antonium,
MDCVI.



Clariſſ. & Reu^do^ V.

IOHANNI HOVSONO, S. T. DOCTORI

Robertus Gentilis S.P.

CVM deberem tibi plurimum, & tecum ab infantia vſq; mea verſatus ſim, non habui tamen, quod offerrem vnquam de meo, & quo obſeruantiam teſtari (quod magnopere deſideraui) meam erga te poſſem. Ceterum nec potui expectare diutius, dum mihi aliqua eſſet facultas eiuſmodi edendi teſtimonii voluntatis meæ: at ecce à patre cepi Diſputationem hanc, quam ille ſelegit; ego autem dedico tibi. Amas; inquit pater, veterem verſionem Latinam; & in Anglica verſione cum aliis nunc iuſſu regis verſaris, conficienda. Et diſputatio

hæc est de illius versionis accusata falsò Latinitatis malæ. Vt, si personam, si rem, si tempus considerem, nihil viderim, quod afferrem commodius. Neq; tamen sic dico, quod putē, hinc tibi viro doctissimo, & rei, quam tractas, quid commodi exstiturum; quod dicerem ineptissimè: at occasionem narro, vnde iniecta nobis hæc mens est, dicandi modò hanc disceptationem tibi. Tabella est appensa veluti diuo, quæ testatur pietatem hominis, nihil in diuum confert. Salue vir reuerende; &, quem ab infantia cæpisti diligere, me tui obseruantissimum, vt diligere pergas, vehementer oro. Oxon. ex colleg. Iohannis. 13. Kalend. Maias, 1605.

ALBE-



Alberici

GENTILIS I.C.

PROFESSORIS regii,

De Latinitate veteris Bibliorum verſionis malè accuſata.

DISPVTATIO.

Ad Robertum F.

POLLICITVS aliquãdo ſum tibi diſputationem de Latinitate Vet. verſionis Bibliorũ : dum diceres tu mihi, accuſari illã à Beza magno nõ ſemel barbariei. Reſpondebam verò tum, & eſſe in verſione plura, quæ ab aliis pariter irridentur. Sed &, defendi poſſe verſionem, adfirmabam. Et adfirmationem iſtam ecce (nunc pollicitationem præſto) adfirma tibi, verſionem tueor. Neque tamen, Roberte,

probo illam ego, quam improbant plurimi nostri. Sed disceptatio hæc grammatica datur tibi. Et placeam in eo mihi, quod videbor clarissimo amico meo auscultare, Iohanni Drusio, dicenti,[a] *Qui vulgatam editionem Hieronymi esse negant, nō minus errant meo iudicio, quam qui purè Hieronymi esse contendunt.* Hoc ille primùm de auctore. Dein de re ipsa, [b] *Negare nolo: multa vetus interpres prauè conuertit. Sed idem quadam melius conuertit, quam recentiores.* Et alibi, [c] *Haud paulò melius, quam vulgò existimatur.* Vulgus (id tecum ago nunc) flagellat illum interpretem, etiam quia barbarus sit, & solœcus. [d] Atque nuper vidi summi theologi cuiusdam nostri thema compositum de barbarismis, & solœcismis interpretis illius, irridendo eidem. Et fuisset quidem irridendus homo, qui totam suam versionem scripsisset, vt noster scripsit totum thema. Sed qui in volumine magno habet tantum pauca

[a] Drus. quæ. epist. 27.

[b] Drus. 1. misc. 41.

[c] Drus. 2. q. 81.

[d] Hunn. cat. 1. libr. 2. c. 14.

pauca illa, quæ noſter notat: homo nec exemplo caret ſcriptorum laudatorum: nec, ſi careret, adeo fuit deridendus impotenter. Facit faciem næuus (quod dicitur) venuſtiorem: quæ tota næuus ſit deformiſſima. Vitia quædam orationis audiunt figuræ, & ornamenta. Sed eadem, ſi eſt vitiis illis tota conſperſa, euadet intolerabilis. * Non ſolœciſmi ſunt etiam apud politiſſimos vtriuſque linguæ? [e] Non tibi dixi in Virgilianis? Sic pro Hilario habet Eraſmus in Præfatione ad eum Patrem. [f] Ruſticos ſolœciſmos, & barbariſmos in Apocalypſi agnoſcunt noſtri ſcientiſſimi: & ſic defendunt, quoniam Iohannes noluerit nec à verbis diſcedere, quibus plerunque vtitur Prophetarum. Quod ego pro verſione illa Latina non ſemel attulerim, vbi idem eſt aliquando quæſitum, ne à verbis textus diſcederetur. [g] Sic & Græcorum translatorum dictio magna ex parte Ebraica. [h] Eſt au-

* *Bez. Marc.* 12.
[e] *Alb. Virg.* c. 14.
[f] *Bez. præfat.*
[g] *Druſ.* 3. *obſ.* 21.
[h] *N. Iu.* 4. *de nim.* 25.

tem ipsa tota lingua Ebræa barbara Græcis, non solus Iohannes barbarus iisdem appellatur. Vt non mirum sit, barbarizare Ebræos omnes, qui loquuntur Græcè. [i] Attamē nec summa illa sermonis puritas debet his in auctoribus quæri. & semper pro certo loquitur emendatè, qui sequitur auctoritatem Dei. Quæ Beza diuinissimè. Ipse Paulus, & reliqui Apostoli quoties à Hieronymo, & Erasmo audiunt imperiti linguæ Grecæ, impoliti, inconditi, solœcissantes, balbutientes. [k] Etiam & in sua lingua prophetæ quidam sic notati. [l] Sed redi ad Bezæ annotationes maiores. vbi & ipse admittit, sic esse nō nunquam. Caussa autem pro adprobanda fidelitate versionis probatur mihi maximè. Itaque displicet immensùm audacia Castalionis profana, simul & puerilis interpretatio. [m] *Lucullus in suis historiis, quo facilius eas probaret Romani hominis esse, iccirco barbara quædam, & solæca dispersisse dicebat:* Et non vetus interpres, quo facilius proba-

[i] Bez. Lu. 22. Act. 14. Mar. 13.
[k] Eras. 3. ep. 1
[l] 1. Act. x.
[m] Cic. 1. ad Att. 16.

probaret, de Ebræo, & Græco textu probè translationē se suam cōfecisse, icccirco barbaraque, solœcaq; nōnulla intexuerit? Aut quasi vna sit caussa, cur ista fiant benè? Facta illa versio est populo: qui non solet emendatissimè loqui. Et igitur nec emendatissima ipsa sit. Et sic scripsi alibi de Arnobio, & aliis, qui populo scribebant, aut loquebantur. [n] Et sic ipsi euangelistæ multa dicendi genera è medio sumserunt, vt sese vulgo accommodarent. [o] Et Hieronymus sic, *Propter simpliciores multum in deiiciendo sermone laborauimus. Quid cum Apostolis Cicero? Omnia munda mundis.* [p] Atque, si cum pueris vti sermone debemus puerili, & muliebri cum mulieribus: quod fecisse Pythagoras dicitur, & laudatur: quid non & cum vulgo loqui vulgariter deceat? Ceterum exstarent vtinam sex, septem Galeni libri, contra hos scripti, qui in solœcissantes sic inuehuntur. [q] Tradebat ille, neminem prorsus ob orationis solœcismos, aut

n *Bez. Io. 17.*

o *Hier. ep. 22.*

p *Rhod. l. lect. 7.*

q *Gal. de lib. pro. item de ord. lib su.*

barbarismos reprehendēdum. Quæ hactenus sic sunt generaliter. Et dicam tamen alia eius generis adhuc. Sed nunc attingo, quæ specialiter reprehenduntur. Spernitur verbum Angariare. [r] quo est vsus tamen noster Vlpianus: itaque & retinendum sibi quoque censuit Beza. Est nec infrequens scriptoribus aliis Ecclesiasticis. [o] *Simonem Cyrenæum angariatum portaſſe crucem,* Irenæus. [*]qui tamen an scripserit Latinè, incertum. Illud certum, quod de se ipse, *Apud Celtas commoramur, & in barbarum sermonem plerūque auocamur.* in præfatione.[s] Sed nouissimè de hoc verbo scribit amicus noster, iuuenis eruditissimus, Iohannes Meursius in criticis obseruationibus. [t] Et idem hic de verbo nocendi, cum quarto casu, quod itidem infamat theologus, esse hoc Plautinum, & elegantissimum archaismum. [u] Quod & patrui tui amicus, iuuenis item eruditissimus, Gaspar Schoppius in Suspectis le-

ctio-

[r] l. 4. de vi & vi armata. Bez. Matth. 5.

[o] Ire. ca. 23. lib. 1.

[*] Eras. præf. lib. 1. & 5.

[s] Meurs. 2. cri. 3. 6. 29.

[t] Meur. 1. Cu. vlti. & Mil. vlt.

[u] Sch. 4. epi. 6.

ctionibus. Vbi & *noceri* passiuè apud Apuleium, & Vegetium adnotatur. [x]Et ab aliis notãtur apud Vitruuium illa, *Neque ab ignis violentia nocentur. Larix ab carie, aut tinea non nocetur*: At noster theologus flagellat illa magis, MILLE PASSVS, ET ALIA DVO. & ait, Prisciano saluo constare non posse hoc. [y] Est tamen vehementer indignum, vt sub Donati regulis verba cælestis oraculi restringantur: inquit Gregorius: neq; eas ab vllis interpretib. esse seruatas: & se etiã nec deuitare barbarismum. At cum Prisciano defendes interpretem ab ista accusatione. [z] Inquit Priscianus ad illud Virgilii tui, *Qualis eram, quum Præneste sub ipsa*, redditum ẽ *ipsa* ad intellectum vrbis. nam *Preneste* sit neutrum. *Quique altum Preneste tenent.* meministin? [k] Sic autem sunt alia, & in sacris, & in aliis autoribus: quæ notant alii plures, & præcipuè Lambinus ad Lucretium, item Gifanius: [b] *Solent sæpe*, ait iste, vete-

[x] *Philand. l. Vit. 7.*

[y] *Greg. ora. l. in Iob. & ca. 13. dist. 38.*

[z] *Prisc. lib. 17.*

[a] *Drus. quæ. Ebr. 52. Car. 2. em. 13. Be. Col. 2. Scal. de ca. li. Lat. 182. Lam. 1. Lucr.*

[b] *Gifa. copl. generis.*

res nomini in orationis ſerie collocato adiicere aliud genere non reſpõdens, ſed aliud potius, quod quidem vi, & notione cum illo conueniat, & ſono: vt alterum nõ expreſſum lectori ſtatim ſuccurrat, aut certè difficilem nõ habeat quęſtionem. Et plura ille affert exempla. Et tu addere de noſtris potes illud: *Fideicommiſſa quocunq; ſermone relinqui poſſunt: non ſolum Latina, vel Græca, ſed etiam Punica, vel Gallicana, vel alterius cuiusq; gentis.*

[c] l. 11. de leg. 3.

Succurrit hîc ſtatim τῇ *lingua*. Succurrit in notato loco ſtatim τῷ *miliaria*, ſiue (quod ait Beza) μίλια. Atq; ita defenditur etiam alterum notatum, [d] PRINCIPES GENTIVM DOMINANTVR EORVM. Ne dicam ſcribẽtis erratum facillimum *eorum*, pro *earum*. vt in illo alio, [e] VENTRES, QVÆ. Atque hîc multa ſunt, quæ lapſum librarii certiſſimum habere videãtur. [f] Quid ni alibi EVERTIT ſic appareat, quod ſcribi EVERRIT debuit? Audi ad tertium Sophoniæ Druſiũ: *Libenter pro* AVERTIT

[d] Matt. 20.

[e] Luc. 23.

[f] Luc. 15.

TIT *in vulgata editione legerim* EVERRIT. *Simile mendum in Luca. nam, vbi vulgò* EVERTIT DOMVM, *legendum absq; vllò dubio*, EVERRIT. *& ita legitur in vnò manuſcripto.* Ait tamen Beza; fuiſſe etiam Gregorio EVERTIT: eique, aliiſque imperitis Græcæ linguæ fuiſſe occaſionem ſcribẽdi parum appoſita. Verum, & erratum librarii tum quoque exſtitiſſe; probabilius eſt. aut vetus iſte interpres minus multo nouit in linguà Græca, quam vllus Accurſianus. Ignoro ego; quid Gregorius, aut alii ſcribant. Sed hoc dico; eſſe aptiſſimum iſthic verbum EVERTIT, ſi non ineptiſſimè accipis pro *diruit*, at pro στρέφει, aut vt in Virgilii illò, [g] *euertitque æquora ventis*. Sic nòs in Italia, quum dicimus; aliquem quid domi quæſiſſe anxiè, & diligenter, non dicimus, eum verriſſe domũ, ſed; domũ ſurſum deorſum vertiſſe. Et huc igitur ad vulgare iſtam formulam interpres aptauerit Grçcum cõtextum ſignificantiſſimè. [i] Et quod ſumptum

[g] *Virg. 1. Æneid.*

[i] *Bez. Ioh. 9. Marc. 6.*

de medio est, idemque significet aliud, quam quod indicant verba.[h] Ante mille annos etiã lingua nostra Italica. Sic autem alia aptata, etiam prouerbia.[i] De camelo dixit Christus, quod est prouerbium de elephanto: quoniam esset in Syria camelus notior. Sic alia. Ceterum, vbi librarii errata quis dicet, & agnoscet facilè, præsertim in nominib. propriis, ea loca non persequemur. Quædam quoque retenta excusari nonnihil valent. Adi ad Bezam; quum accusatur interpres,[k] quia ASIAM alicubi dixerit, vbi ACHAIAM debuit. dixerit BETHANIAM, vbi dicere debuit aliter. dixerit BETHSAIDAM, quum debuit item aliter. Nos nunc de falsa Latinitate, non quærimus de versione falsa. Notat autem theologus solœcismum ibi, DOMINANTVR EORVM.[l] *illatinè*, inquit, dicitur, pro *dominantur eis*. Quid tamen, si græcissauit interpres?[m] Etiam Horatius sic, *regnauit populorum.*[n] Et sic Augustinus, quod

h Lips. de pron. c. 3.

i Drus. 1, obs. 12.

k Roma. 16. Iohan. 1. & 5.

l Matth. 20.

m Seru. Æn. 11.

n Aug. 14. de ciu.

quod obſeruauit Viues, *dominamini eius*. Etiam Græci ſermonis exemplo tuebor illud,[o] IMPLETÆ SVNT NVPTIÆ DISCVMBENTIVM. [p] Etiam Virgilius dixit, *implentur veteris Bacchi*. Lucretius, *ararum compleuerat vrbes*. Apuleius, *ſpiritus corpus compleri*. *Turbæ miſcellaneæ cuncta completa*. Et hæc alii aiunt digna ſtudioſis Plauti. *Nam illa paſſim habes, *plenus ſpei, animi, lætitiæ, vitii, probri, iræ, indignitatis, dignitatis, venuſtatis, laudis, exemplorum, artium, lacrymarum, vini, periculorum, laborum, ſtudiorum*, apud Cæſarem, Ciceronem, Terentium, Plautum, Varronem, Ouidium, Quinctilianum declamatorem. [q] quicquid rhetor Quinctilianus dicat hæc antiqua. *Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?* Virgilius. Exemplo Græci ſermonis tuemur & illa, [r] MAIORA HORVM. MAIOREM SVI, [s] vt comparatiua Græci genitiuo adiungunt: & Latini imitatione eorum non rariſſimè. quod tradit Priſcianus. *Maiora omnium*

[o] *Matth. 22.*
[p] *Virgil. Æn. 1. Schop. 3. ſuſp. 6. Deca 3. Plaut. 15.*
* *Cic. 1. De off. item pro Syll pro Arc. pro Bal. epiſt. 1. ad Q. fr. de leg. 1. 2.*
[q] *Quinct. 9. c. 3.*
[r] *Io. 14. Heb. 6.*
[s] *Priſ. lib. vi.*

dixit Curtius: vt ad eum obſeruat Eraſmus. At contenti ſimus Priſciano magiſtro. [t] Tu & Scaligerum leges in libris de cauſſis linguæ Latinę: qui fortè extorquebit exempla Latinorum. Etiam ſic Perſanem; quod ingens inflictum Priſciano vulnus accuſat ibi, [u] NEQVE NVBENT, NEQVE NVBENTVR. Græcè enim, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε ἐκγαμίζονται. [x] Itaque Tertullianus etiam; *Neq; nubent, neque nubentur. Filii huius æui nubunt, & nubuntur*, de quo ſcripſi alibi quoque. *Nubitur*, etiam Plautus in Perſa. Pergamus in chirurgia. Validum ictum bono ſeni Priſciano incuſſum; ait theologus ibi, [y] FILIVS HOMINIS NON VENIT MINISTRARI. [z] Attamen in iſto verbo theologi habent ſingulare nonnihil, quod abſolutè ponunt. [a] Eſt autem homonymon, aptum his, qui miniſterium præbent: item ducibus, qui miniſterium occupant: cui quidem homonymiæ vitandæ, ſimul & exprimendæ ad verbum contrapoſitioni Græcæ,

t Scal. de ca. ling. Lat. 101

u Matth. 22

x Alb. 2. De nupt. 3.

y Matth. 20.

z Bez. Ro. 15.

a Iun. Tert. Ap. 2.

cæ, οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, Latinum ſic adſumpſerit vetus interpres. non dico, efformauerit: quod & licuiſſet, [b] vt alibi docui. Sed aſſumpſit de ſingulari vſu theologorum. Habeo hîc, quæ dicam plura minus Latina, & verba, & idiomata, & retenta veluti notiora, & receptiora. [c] Alii colligunt, & alii ſæpius obſeruant noſtri Latiniſſimi, & laudant, Beza autem ſæpiſſimè. [d] *Prædicare* quis dicit Latine, & ponit abſolutè? Quis [e] *Confiteri* in ſignificatione vſitata Eccleſiæ? Quis [f] *Benedicere* cum accuſatiuo, item, pro *benè loqui*? [g] Aut hoc quoq; Latini dicunt cum accuſatiuo? Sanè & ipſe Beza negat quædam Latina, quæ ſunt Latina. vt eſt verbum [h] *Examinor*, paſſiuo genere, quo vſus Eraſmus, & quod nuſquam legiſſe ſe, ſcribit Beza. [i] & quod tamen legere vel apud Ciceronem potuit. [k] *Vnanimiter* nec meminiſſe ſe legere apud Latinè loquentes, idem ait contra Eraſmum. At Vopiſcus in Tacito vſus eſt eo verbo. At Latini

b *Alberic. de act. fab. c. 17*

c *Tigur. præf.*

d *Bez. Mat. 3*

e *Bez. Mat. 7*

f *Bez. act. 5.*

g *Petron. vbi Don.*

h *Bez. act. 4.*

i *Cic. 2. de orat.*

k *Bez. act. 2.*

* Non. de ind. ad. *vnanimitatem* dicunt. * At alia ad eandem formam sunt, *humaniter*, *insaniter*, *blanditer*, *festiuiter*, *auariter*, *amiciter*, *properiter*, cetera. * quicquid ea non probet Augustinus. Ceterum ego in defensione versionis Erasmi nunc non versor. Ipse Erasmus etiam notat quædam contra versionem veterem: [l] quæ defendit Beza. Tanti est periculi dicere, Latinum hoc est, & hoc Latinum non est. [m] Sed quæ retinet Beza, tamquam theologica, illa adhuc sunt, *Blasphemator*, *Infidelis*, *Idolum*, *Mortificare*, *Sanctificare*, *Sanctificatio*, *Prophetare*, *Mediator*, *Angelus*, *Baptizare*, *Euangelizare*, *Zelus*, *Martyr*, *Ethnicus*, *Pati* pro affici mortis supplicio, & illud ipsum *Ministrari*, & id genus alia. [n] Etiam familiaria verba Paulo, inusitata Græco sermoni. Eheu, quas ad disceptationes deducta est theologia? [o] Seneca similem Philosophiæ sortem conquestus est olim: & nos theologiæ sortem istam non deploremus? Et ego tamen pergo.

* August. de gram.

l Bez. Matt. 1. & 7.

m Bez. Mat. 3. 6. 9. 11 Mar. 6. 13. Luc. 1. 22. 10. 2. Rõ. 8 Gal. 3. Phil. 1.

n Bez. Rom. 5. & 5.

o Sen. ep. 89.

Quæ-

Quæratur in vocabulariis, inquit theologus, verbum [p] *coutor*. quod & splendidior aduersarius, Beza, vocabulum planè barbarum, & obscurũ dicit. At ad vocabularia quod attinet, sunt illa quidem hodie copiosissima, & fortassis perfecta in his, quæ ætatem eam optimam habent orationis Latinæ: verum quam sint in cæteris manca, quæ sunt aut prioris, aut posterioris seculi, ego ostendere possim vocabulis sanè sexcentis, & amplius. quibus vocabulis si vsus est interpres noster, ipsum nemo (quod dico statim) reprehendere iustè potest. Neq; tamẽ hoc affero nũc, quia meminerim legere me vocabulũ, de quo agitur, vsquã. Nã ipsum repræsentatum aio de suo Græco συγχρῶμαι [q] Latini aũt simili forma habent *coamatores, coamicos, coniuolos, coaccedere, coæstimari*, alia. In verbo [r] *manicare* simplicius respõdeo Augustino etiã, Bezę, & nostro interrogãti, quis vmquã legerit? Respondeo, me legisse.[s] Est scilicet à *mano manico*, vt à *fodo*

[p] Iohann. 4.

[q] Tit. 4. con. Scal. 17. Meurs. cur. Briss pare. Isid. gloss.

[r] Luc. 21.

[s] Meurs. 2. cri. 17. lib. 3.

fodico. quod Meursius docet, & in Chrysologo inuentum interpretatur. [f] Laudatissimus scriptor iste theologus, æui imperatoris Martiani, itaque nec longè ab æuo Hieronymi: quem correctorem eius versionis vulgaris adfirmant. Fuerunt suo cuique sęculo, vt vitia, sic verba sua. quod certum est. & scribit Pithœus eruditissimus, qui & huius generis verba sic notat, atque nostrum hoc ad veteres Persii, & Iuuenalis glossas: * *Tribulare, Minorare, Angustiare, Plagare, Manicare*, similia, irrisa nostro theologo. *Manicare* posterioris seculi verbum, est ὀρθρίζειν, apud Lucam. quod memini notasse me apud Augustinum in libro Iudicum, & epistola quadam, quæ nunc properãti non succurrit: ait Pithœus. Et his verò vti vocabulis debuit noster interpres. quia lex sit omnibus dicta, *Vtere verbis præsentibus*. Verba minimè Latina, & in communi tamen vsu Latinè nunc loquentium, Gellius dicebat. quod vtinam exstaret præter

[f] Fab. 3. sem. 22. Meurs. c. 9. ec.

* Meurs. ca. 29. ec.

ter indicem, in capite primo libri octaui. Etiam Gellius nec multo senior seculo Hieronymiano: [u] si inferiorem multo Adriani sæculo eum rectè fecerit Magius. Quid autem, si ex illo communi vsu hausit noster? Quid nos reprehendemus scribentem cõmuni populo? Noster theologus quid notat [x] ZELATE IPSOS, [y] si Augustinus de vulgo sic, *Non frustra vulgo dici solet, Qui non zelat, non amat.* Et ipse alio loco; *Dii non zelant coniuges suas.* & alibi, *Moyses populum zelans.* [z] CALEFACIMINI notat theologus. [a] & legere potuit in Vitruuio tamen *calefacientur, calefaciuntur.* Quid mihi alii notent hæc & in Vitruuio vitiosa? [b] Etiam alii dixere, *facitur, paruifacitur, satisfacitur.* Reprehendit theologus noster [c] LINGVATAM. Sed Tertullianus dixit *ciuitatem linguatam* tamen in libro de anima. [d] An *lingulacam* maluisset cum Varrone, & Plauto? [e] INFRVNITVM notat theologus. quod dixit Seneca in libro De vita beata. Et

[u] *Mag. 4. misc. 6.*
[x] *Psalm. 36.*
[y] *Aug. con. Adim. & 3. de ci. 3. & cõ. Fau. 22. c. 79*
[z] *Iac. 2.*
[a] *Vitr. 4. c. 7 & libr. 5. c. x. vbi Philãd.*
[b] *Non. de mu. con. Alb. Virg c. 15.*
[c] *Eccl. 25.*
[d] *Nouel de comp. do.*
[e] *Eccl. 23.*

f Druf. in Sap. & 14. obseru. 4. & Cair. 2. em. 6
g Gen. vlt.
h l. 11. de interrog.
i Hier. ad Algas. q. 11.
k l. 1. de mo. con.
l Sap. 4.

recitant lexica. [f] & nemo hodie non nouit vocabulum probum ex Festo, ac Nonio. adi & Pithœum. [g] IN PRESENTIARVM notatum habent etiam lexica. Et erat olim in secundo Rhetoricorum ad Herennium. Et hodie legitur in quarto annalium Taciti, in tertio *Floridorum* Apuleii [h] apud nostros, [i] apud Hieronymum. [k] Nostri *in presentiarum est* etiam pro *præsens est*. Notat theologus [l] NIMIETATIS vocabulum. quo item vsus est Hieronymus in epistola vigesimaseptima, Seruius grammaticus in octauo Æneidos, Arnobius libro septimo, alii Latiniores apud lexicographos. Nec consuluit theologus lexica? Aut quæ ad vocabularia nos amandat? Nam Priscianum sat scio non illi lectum, at ita nominatim iocosè cum vulgo reliquo. [m] MIGRARE notatum est, actiuè dictum pro transferre. [n] Sed sic tamen dixit Gellius, ipse Cicero, alii: vt alii obseruarunt. [o] Seculo illo Hieronymi dixerunt etiam *exulare* actiuè. Huc

m Psalm. 51.
n Gell. 2. cap 29. Cic. 1. de diuin. Schop. 2. susp. 1.
o Meurs. d. c. 11.

Huc mihi ad ea tempora reuoca istud examen, quum ea versio scripta est. p *Fuerit enim ridiculum, malle sermonem, quo locuti sunt homines, quam quo loquantur*: Quinctilianus. q *Pari passu morum, ac literarum cucurrit licentia. Et perinde vt alii mores, ita alius priscis exstitit sermo: postera ætas veluti disciplinam pristini seculi, ita & sermonem fastidire cœpit*: Diomedes grammaticus. Ne mihi versionem illam expendant Hunnius, Beza ex scriptoribus aliis probatis: quę Hieronymi contenditur, non Ciceronis. * Ne mihi dicat Beza, se non meminisse legere apud meliores Latinitatis auctores vocem CASTORVM, quæ est in vulgata. Si ea vtitur Arnobius, & Minutius. † Vtitur eadem Trebellius Pollio. Fuit hoc nomen in vsu tum. r *Multa sunt verba, vocabulaque quæ post Ciceronem in vsum frequentem recepta sunt: Et quibus ille vti noluit, aut non est ausus, aut est*

p *Quinct.* 8 *cap.* 6.

q *Diom. lib.* 1.

* *Bez. act. vlt.*

† *T. Poll. Valer.*

r *Bud. l.* minor. *de mtn.*

vsus rarissimè. Eiusdem quoque nonnulla nec admodum placuisse posteris visa. Vt de his tradit alicubi ad Pandectas Budæus latè. Expendatur versio ex scriptoribus Ecclesiasticis, Tertulliano, Arnobio, Hieronymo, aliis. dico audenter, esse nihil in veteri versione, quod in illis non ostēdam. Ineptit isthic censor, dum ait, ODI in aliis temporibus nullo planè in vsu esse apud scriptores probatos: & apud veterem interpretem igitur malè esse [s] ODIENTES, ODIVIT, ODITE. [t] Ego autem legi *odientes* apud Tertullianum [u]. *Odiui*, dixit Antonius. Quid tum si amauit iste voces à communi alienas vsu? [x] Sic & *Odio*, *Odis*, *Oditur*, *Odiri*, *Osi sunt*, notant alii vsurpata aliis: ego in eodem legi Tertulliano. [y] *Osus sum*, dicebant: etsi nunc dicimus tãtum *exosus*. [z] Hieronymus vero, *odiremur à mundo*. Festinemus. Notat theologus [a] PARTIBOR pro *partiar*, METIBOR dictum esse pro *metiar*. [b] Et nemo hæc non nouit de Nonio, & his

[s] *Psa.* 17.35. 96. &c.
[t] *Tert.* 4. *ad Marc.*
[u] *Casaub. Suet.* 2.
[x] *Pith. in Petro. Ter. apo.*
[y] *Seru. Æn.* 5
[z] *Hier. ep.* 18.
[a] *Psalm.* 59.
[b] *Non. de mu. con.*

his ſimilia: *Viuebo, Venibo, Dicebo, Expedibo, Audibo, Aperibo, Obedibo*, alia. Antiqua ſunt, & deſita? [c] At huiuſmodi delectati Tertullianus, Arnobius, Apuleius, alii propiores tempori eius translationis. Scilicet veridicus ille vates Horatius, *Multa renaſcentur, quæ iam cecidere.* Tu hodie his non vteris tamen: quæ cecidere rurſum. *cadentque quæ ſunt in honore vocabula, ſi volet vſus, Quem penes arbitrium eſt, & ius, & norma loquendi.* idem magiſter, & quis non? [d] *Conſuetudo cum omnium domina rerum, tum maximè verborum.* [e] Illa ætas vel Græcis libenter vſa eſt dictionibus ad proteruiæ vſque vitium: etiam cum obſcuritas ex Græcis, & eſſent Latina clariora. Sic igitur noſter dicere potuit [f] Aporiatos: quod in reprehenſis theologo eſt. [g] De tempore Euangeliſtarũ ſcribit Beza; quod multis Græcis vocibus tum vulgus vteretur. [h] Et illud conſtat, quod in ſermone Latino, qui maxima ex parte conuerſus ex Græco eſt, etiam pe-

[c] *Iun. Tertu. ap. 3. Meurſ. d. ca. 11.*

[d] *Gell. 12. c. 13.*

[e] *Hadr. Iun. 2. an. 2.*

[f] *Eſa. 59.*

[g] *Bez. Matt. 21.*

[k] *Quinct. 1. cap. 5.*

regrina alia, ex omnib. propè gentib. sunt verba, Gallica, Hispanica, Punica.[i] Pleraque (noster quidam scribit) videntur barbara multis, cum tamen originẽ suam repetant à Græca, vel Latina lingua. vt *asto animo* ꝓ callido, *arga* pro *ignauo*, &c. Noster theologus latè flagellat interpretẽ in abusu particulæ[k] GRATIS: quæ inscitè ponatur pro absq; *causa*.[l] Sed sic ex particula Græca δωρεὰν, quā exprimit particula *gratis*, adi ad Bezam.[m] Sed & theologi vsi sunt ad eũ modum. Hi sunt probati auctores theologis.[n] Horum (audi) diuersus stylus est ab aliis. Confer Symmachum cũ Ambrosio: Paulinum, Hilariũ, alios cum Ausonio, Claudiano, similib. ne viuā (inquit nõ nemo) si nõ diuersissimo dicas vixisse seculo. Hîc tibi dicerẽ medii eius seculi. & scriptorum ecclesiæ, & aliorum verba mira, si nõ nollem facere disputationem nimis verbosam. Tertullianus vnus detineret nos diutissimè.[o] Licentiam, audacius eius hîc notant alii. *Abso-*

lentes

[i] Cuia, 1. de feu. 2.
[k] Ps. 68. &c.
[l] Bez. Gal. 2.
[m] Aug. 3. cō. acad.
[n] Gisel. ad Prud.
[o] Rhē. Tert. adu. Mar. 5. Bez. Lu. 6.

lentes, pro solitum vsum abdicantes: *Retrosiores*, pro antiquiores: *Temporatim*, pro secundũ tẽpora: *Assentari, assentator*, pro assentiri: *Passiuum*, pro promiscuo, à passim: quo etiã Hieron. & alii dicuntur vsi: & *passiuitas*, pro inconstantia: & sic etiam *passiuus*, pro vagante: & *passiuitus, gentilitus, planitus, natiuitus.* [p] O elegantiam Africanam, inquit Rhenanus. inquã ego, quærat theologus in vocabulariis, apud probatos. † *Originitus*, est apud Ammianũ. Sed is Græculus. Sequor Tertullianũ. *Inuestis*, pro sine vestib. & nudus: *Infœderatus*, pro nõ fœderatus: *Incriminatio, Inalienus, Inbonus, Inuerus*, vbiq; negante particula IN. Et theologus noster nõ sic fert tamen [q] INTENTATOR. [r] Ea particula variat pro locis. vt etiam obseruarunt grãmatici. [s] *Innuocare*, pro non vocare, est apud August. [t] *Intẽporalis, Incorporatus*, contraria significatione pro sine tempore, & factus caro, est apud Prudẽtium. Et tu verba notes. *Insloquaces*, *Illiberis*, pro, sine liberis, *ἄπαις*, apud eũdẽ Tertull. & *Inspeciata*,

p *Rhenan. de pall.*

† *Amm. lib. 31.*

q *Iac. 1.*

r *Prisc. lib. 14 Seru. Æn. 1. Diom libr. 1.*

s *Aug. 12. de ciu. vbi V.*

t *Prud. hy. epiph. in Ro.*

Innuxora virginitas, Inorum, & Inorem pro
[u] Gell.7.c.6. & Iun.ad Tertull. sine ore: [u] quod & alii tamẽ, & *Inauritum, Innubem* pro claro etiã alii. [x] *Inclarum* pro non claro dicit Symmachus. & idem *Inhumanum* pro diuino; item Apuleius. [y] *Impressum, Inauratum*, pro non presso, alii. *Indelectatum* Petronius. [z] Illa mira compositio dicta Lambino apud Lucretium, & Sallustium, *Intactus, incultus*, quiddam cõtrarium tactui, & cultui. Vt mirandum sit, notari à Beza *Immorigerum, Inobedientem*: à nostro theologo INAVXILIATVM. [a] nã etiam Priscianus loquitur de passiuo *auxilior*. Sed Tertulliani sunt *Reatio, Delinquentia, Obuenientia, Substantiua*, & vetus *Valentia. Deditor*, qui dedit. *Diligentia delictorum*, pro affectu delinquendi. *Significantia*, item Substantiuum. *Ostensor, Ducator, Ducatio, Multinubentia, Exancillata, Ingratia*, pro ingratitudine. [b] Et hoc tamen Scaliger explodit quoque: quod Alciatus auctoritate Erasmi admittendum censet. *Peccatelam* idem Tertullianus, *Utensilitatem, Intellectualitatem, Nouellitatem, Natiuitatẽ*. [c] *Legitima natiuitas fermè decimi mẽsis ingressus est*. [d] Et ait Beza tamen, non meminisse se legere alibi, quam apud Vlpianũ. [e] Et hunc Beza non optimum auctorem Latinitatis dicit, quod nolim, [f] & Valla nolit dictum: qui iurisconsultis nostris omnibus laudem tribuit Latinè scribẽdi amplissimã.

[x] Sym. ep.4. ad Iuretum.
[y] Casa. Suet. 2.
[z] Lamb. Lucr.1.
[a] Prisc. lib.8.
[b] Scal. de ca. li. Latin.70. Alcia.9.par. erg.20.
[c] Tert. de an.
[d] Bez. Mat.1
[e] Bez. Ro.15.
[f] Vall. 6.eleg. prin.

quam

quam Vlpiano detrahit iste amplissimè cũ suo illo modo loquendi, *non optimum*. g de quo modo & alii sic tradũt, & Alciatus noster elegãtissimè. Sed de Vlpiano *Budæus, *Latinæ locutionis libenter obseruante, vt tum ferre tẽpus, & professio potuit.* Hæc & nos pro vetere interprete. h Sed nec Priscianus (si rectè memini) reprehẽdit Vlpiani *fruiturũ*, quod signat Beza: at inquit, Vlpianũ dixisse *fruiturũ*, nõ, vt dixit Cicero, *perfructus est*. i Non fuit caussa, cur in Apuleio alii pro *fruiturum* reponerent *fructurum*. Etiam à diuersa origine possunt hæc duo esse, alterũ à *fruor*, alterum à *fruiscor*. k Iucundius hoc, quam *fruor*, ait Gellius. Et is Gellius, l quem August. virum elegãtissimi eloquii, & multæ, ac facundæ scientiæ dicit, quam multa habet, quæ in vocabulariis (tu quæres) non inuenientur de aliis? *Ignoscentia, Ignoscibilis, Inadulabilis, Infortunitas, Insomnia* pro vigilia. m quod vocabulum vsitatum veteribus, sed de vsu remotũ à Plinio, scribit Seruius. n Dixit, *res incredulas*, Gellius pro incredibilib. si memini. Ecquid igitur noster interpres non dixerit o *Incredibiles* pro incredulis? Ceterum & vocabularia notant idem vocabulum, sic apud Apuleiũ in Hermetis Asclepio: adduntq;, vocabulũ esse ex illorũ numero, (*vtor ego verbo Augustini) quę vtroque versum dicuntur. p At Scaliger licentiæ deputat poeticæ, quod Virg. actiué dixerit *penetrabile frigus*. q Etiam te-

g Manut. 2. Verr. 2. Al. 5. pare. 17.
* Bud. l. 1. ad leg. Iu. ma.
h Pris. lib. 10.
i Stevv. ap. 2.
k Gel. 17. c. 2
l Aug. 9. de ciu. 4.
m Seru Æn. 8.
n Gel. 9. c. 4.
o Tit. 1.
* Aug. 1. de ciu. 55.
p Scal de ca. li. L. 98.
q Ser. Æn. x

[s] Lamb. 3. ad Her. *lum penetrabile*, pro penetrale; vt ait Seruius. [t] Et vtrumque Latinum est, cum aliis eius generis. Audisti plura Tertulliani. Cupis aliqua Augustini, quem modò nominabam? Videamus, si aliquot memini. Et tu exquire, si probati, quos dicunt, auctores hæc habent: *Magnè*, *Immanenti*, pro stanti, *Sensa est mors*, *Cunctim*, *Congregem*, hoc & Prudentius habet, & *segregem*. *Silitum est*, *Pensores*, *Insignitores*. Et dum loquitur de Agara tradita Abrahamo à Sara, *dedit eam fœtandam viro suo*. Augustini est, *Principiare*, *Tralogare*, *Spernentius*, *Minutularius*, *Dilector*. Hoc & Afri sui Apuleii. [a] Aug. 8. de ciu. 12. [a] *In vtraque lingua*, *id est*, *Græca & Latina*, *Platonicus nobilis Apuleius Afer*. Ipse ait Augustinus. Et nos de ipso satis. Vis de Hieronymo, illo Ciceroniano? *Deuirginata*: [c] l. 21. de off. præs. [c] Etiam iurisconsulti alicuius est, sed non Ciceronis. *Impudorata es*, cuius præterea sit, nescio. item *Nuptiator*, *Dulcorare*, *Esculentiores*. Vis de Arnobio? *Honoratio*, & in eadem sigificatione *Cultio*, *Muccinium*, linteolum muco nasi capiendo, in patria Sangenesio *muccichino*. Pro reminiscentia *Repetentia*, quam Lucretius [u] Lucr. lib. 3 *retinentiam* dicit. [u] Vt ita videor mihi adnotasse de Lambino, & probasse magis quam aliam Gifanii expositionem. Arnobii est *Minuties*, *Prognare*, *Gnarioauit*, *Vauita*, *Gnariores*, *Oliditas*, *Nebulositas*. Satis, [x] Man. 9. fam. 25. satis. [x] Inquit Manutius de inusitatis non-

nullis locutionibus, & verbis apud Ciceronem, ea fermè omnia periisse scripta, in quib. illi dicendi modi frequentius deprehendi potuissent. Inquam ego de reprehẽsis istis apud interpretem nostrum idẽ: aut certè, deprehẽdi posse omnia, si quis legerit Ecclesiasticos & eos scriptores medii ęui. Ridẽdus theologus, qui auctores poscit classicos.[y] POPVLE *in vocativo nõ reperitur apud classicos scriptores*, inquit. Sanè etiam Priscianus suus sic: *Fluuius, pro fluuie: Populus, pro popule*, &c. Idem & Seruius.[a] Hic quoq;, quod antiqui omnẽ vocatiuum extulerunt nominatiuo similẽ quod tu, Atticorũ esse, nec ignoras,[b] & in libris *de causis linguæ Latinæ* Scaliger adnotauit Vbi tamẽ notat simul illud Plinii ad Ciceronẽ, *Salue, omniũ primus parens patriæ appellate.* quod defendet, reprehẽsum theologo, POPVLE MEVS. Vtuntur scriptores & hìc metaplasmo. Et sic (quod apud Priscianũ sequitur) vocatiuus pro nominatiuo.[c] Et metaplasmum apud veteres non rarum notant alii: *ocle*, pro oculus, Ausonio solennè. Et nũc istam ibi disceptationem absolui. Disserui alibi pro Latinitate Bartolistarũ. Vellẽ nostros theologos nõ nugari cũ põtificiis, & tempus frustra absumere, & aduersariis sophistis impudẽtissimis vias euagãdi aperire. An nõ satis argumentorum nobis est in quæst. de ea versione absq; istis grãmaticis solœcismorũ, & barbarismorũ? Et illud v-

y Psalm. 99.
z Prisc. lib. 19
Seru Æn 11.
a Ser. Æn. 8.
b Scalig. de ca. li. L. 81.
c Scal. in Proper. in catalect. in Auson.

num non est satis, non est inuictum, quod ea versio à manu est hominis? d Nam quod nonnulli censeant, & Marci Euangelium Græcum esse translationem de Latino: quã tamen nõ audeat vllus homo hoc argumẽto reiicere: ego tibi falsum ostendi illud in alia disputatione: & neq; istud sequi pro ista versione Latina. Dixi & de Euangelio Matthæi, & de epistola ad Ebræos: quæ itidem volunt aliqui versiones de Ebræo esse. In disputatione alia dixi & nonnihil de Latinitate Decretalium. & hæc dicta pro iisdẽ valent. Sed contra eas tamen neq; hoc solũ est argumentum à stylo, sed alia fortiora. Adi ad secundam, & tertiam, & quartam centuriã Magdeburgensium, singulæ caput septimum. A barbaro stylo non est satis firmum. vt audisti. Ab identitate styli non est satis firmum: quia hodieque, quum pontifices loqui melius possunt, eundem retinent stylum tamen. Et videtur hoc esse de stylo, vt in his non variet stylus; aut quid præsumeretur contra * vt sic canonistæ tradunt. Planus autem eiusmodi stylus, & velut formularius, facilè seruatur. e Etsi stylus alius sit inimitabilis, vt quidam dicunt, nam alii stylum omnem imitabilem faciunt, & qui fingi non difficulter possit.

d *Bez. Marc. 20. Hunn. 2. conc. Bell. 7. Dan. cens. lib. 2.*

* *Pan. Dec. c.* ad hæc. *de rescr.*

e *Erasm. ad Hierony. de ser. eccl.*

FINIS.